BIBLIA LATINA, BD. 2
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh. Seite 266r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



istius. Dicit ille. Non sum. Stabat
aut̄ serui et ministri ad prunas qa
frigus erat et calefaciebant se. Erat
aut̄ cum eis petrus stans et calefa
ciens se. Pontifex ergo interrogauit
ihesum de discipulis suis et de doctri
na eius. Respondit ei ihesus. Ego
palam locutus sum mundo et in oc
culto locutus sum nichil. Ego semp
docui in synagoga et in templo quo
omnes iudei conueniunt et in occulto
locutus sum nichil. Quid me inter
rogas. interroga eos qui audierunt
quid locutus sum ipsis. Ecce hi sciunt
quid illis dixerim ego. Hec cum dix
isset unus assistens ministrorum dedit
alapam ihesu dicens. Sic respondes
pontifici. Respondit ei ihesus. Si
male locutus sum testimonium phibe
de malo. Si aut̄ bene quid me cedis.
Et misit eum annas ligatum ad ca
ypham pontificem. Erat aut̄ symon
petrus stans et calephaciens se. Dixe
runt ergo ei. Nunquid et tu ex discipu
lis eius es. Negauit ille et dixit. Non
sum. Dicit unus ex seruis pontificis
cognatus eius cuius abscidit petrus
auriculam. Nonne ego te uidi in orto
cum illo. Iterum ergo negauit petrus
Et statim gallus cantauit. Adducunt
ergo ihesum ad caypham in pretorium.
Erat aut̄ mane. Et ipsi non introie
runt in pretorium ut non contamina
rentur. sed ut manducarent pascha.
Exiuit ergo pylatus ad eos foras et
dixit. Quam accusacionem affertis
aduersus hominem hunc. Respon
derunt et dixerunt ei. Si non esset hic
male factor non tibi tradidissemus
eum. Dixit ergo eis pylatus. Acci
pite eum uos. et secundum legem
uestram iudicate eum. Dixerunt
ergo ei iudei. Nobis non licet interficere
quemquam. Ut sermo ihesu impleretur
quem dixit. significans qua morte
esset moriturus. Introiuit ergo i
terum pylatus in pretorium et uocauit
ihesum et dixit ei. Tu es rex iudeorum.
Et respondit ihesus. Ac temet ipso hoc
dicis an alii tibi dixerunt de me. Re
dit pylatus. Nunquid ego iudeus
sum. Gens tua et pontifices tui tra
diderunt te michi. Quid fecisti. Re
dit ihesus. Regnum meum non
est de hoc mundo. Si ex hoc mundo
esset regnum meum. ministri mei
utique decertarent ut non traderetur
iudeis. Nunc aut̄ regnum meum non
est hinc. Dixit itaque pylatus. Ergo
rex es tu. Respondit ihesus. Tu di
cis quia rex sum ego. Ego in hoc natus
sum et ad hoc ueni in mundum ut
testimonium phibeam ueritati. Omnis
qui est ex ueritate audit uocem meam.
Dicit ei pylatus. Quid est ueritas.
Et cum hoc dixisset. iterum exiuit
ad iudeos et dicit ad eos. Ego nullam
inuenio in eo causam. Est aut̄ con
suetudo uobis ut unum dimittam
uobis in pascha. Vultis ergo dimit
tam uobis regem iudeorum. Clamaue
runt ergo rursum dicentes. Non
hunc sed barraban. Erat autem
barrabas latro. XIX

Tunc ergo apprehendit pyla
tus ihesum et flagellauit.